

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXXXIII. Differentia 4. Cùm Clericus & laicus communem causam habent,
judex sæcularis iure civili permittente cognoscere potest:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CXXXIII.

DIFFERENTIA 4.

Cum Clericus & laicus communem causam habent, iudex secularis iure canonico
permittente cognoscere potest: I. Omnes, qui ubique cum authentica
subiecta, C. de episc. & cler. Quod iure Canonico minime
permittitur, c. At si clerici, de jud. & to. tit. de foro
compet, Decianus I. 2. c. 22.

Nonde praesenti, sed præterito Ecclesiæ statu vera est praesens differentia. Constat enim ex l. cit. Omnes, & aliis, olim clericos, & monachos coram prætore, & provinciarum rectoribus eonventos esse, facto saltem, seu usurpatione, ut multis videretur apud Barb. in c. Si Imperator, dist. 96. Quem morem postea Imperator Justinianus correxit Novella 79. 81. & 123. prælatis Ecclesiæ clericorum causas remittendo: sed quoad civiles tantum, ut Bellarm. nos at l. 1. de clericis, c. 28. Tandem omnimal libertas, & exemptio obtenta est, omni potestate judiciali seculari magistratui ademptâ, ut ex to. tit. de foro comp. manifestum est. Nec dubium, quin ab initio Ecclesiæ necessarium, & conueniens visum omnibus sit, Sacerdotes, & Ecclesiæ ministros fori immunitate gaudere. Exstat Alexandri I. qui anno Chr. 109. seddit, epistola ad omnes orthodoxos, quæ ita observatum esse à tempore Apostolorum tradit. Idem Caius Pape in ep. ad Felicem episcopum anno 283. & Marcellinus ep. 2. ad universos episcopos orientis.

les Anno 196. Silvester in Concilio Rom. i. Canone 4. anno 314. Gelasius apud Gratianum in c. Christianis, & c. Silvester II. p. I Bonifac. V. in ep. ad episcopos Gallie n. m.c. Nullus, quod videtur sumptuosa & Auth. Nullus, C. de episc. & cleric. Idem Gregor. docet epist. 32. ad Romanum defensorem Sicilia: & idem repetit ep. 74. ad Bonifac. defensorem Corsica, ubi signatur. Si quis contra aliquem clericum causam habuerit, episcopum ipsius aeat, &c. deinde hoc ita certum modo existimat, ut soli haeretici, & schismati ci reclamant. Quod si in actione reali apud laicum Judicem clerici convenientiuntur hodie, id privilegio aliquo indultum, vel consuetudine inventum est, nec ad alia loca, aut regna extendere oportet, quemadmodum post alios obseruat Covarr.

I. præl. q. c. 31. & Farinac. in præl. crim. q. 8.
q. 8. n. 21.

CXXXIV. DIF